

§. 10. Notatu dignum est, quod sua memoria accidisse, optimæ fidei, famæ ac eruditionis Viri, JO. GUILIELMUS BAIERUS, SS. Theol. Doct. & JOAN. JACOB. BAIERUS, Philosoph. & Med. Doct., in Academ. Altdorfina Professores, Fratres germani, Rerum naturalium solertissimi Inquisitores, Fautores omni observantia colendi, mihi retulerunt, pestem Apolledæ & circa totam Jenam, imo in pago Cluswiza, læviisse; ad Jenam urbem vero non pervenisse. Et, quod maximum est, illustro GEORGIO WOLFGANGO WEDELIO, Med. Doct. Consiliario Cæsareo, Jenensium Hippocrate, & Præceptore summe devenerando, teste, ex locis peste infectis quidam adveniens, & peste laborans æger, clam per aliquot dies in urbe Jena commoratus est, nullo id sentiente, suspicante aut peste corrupto. Tantum obiter ad probandam aëris salubritatem.

CA.